sationem sui ꝓtrarij. Ad rōnem dicendū q̄ sensibile vt est in obiecto ꝓprio sic est mouens remotum. quare nō oportet q̄ sit simul cuꝫ moto. q̄ philosophus loquit̄ de mouente ꝓximo

Nunc aūt primuꝫ de sono et olfactu determinat.

Querit̄ primo. Utrum sonus ꝓprium auditus obiectum: habeat aerem vel aliud mediū rarum tanq̄m verus eius subiectum Pro parte affirmatiua est phūs in ꝓsenti littera vbi determinat aliter se habere de sono t obiectis aliorum sensuum. quia sonus non habꝫ esse permanens sed suum fieri est suuꝫ esse. etiam alia sensibilia non sunt solum in medio formaliter et actualiter. sed etiam sunt in aliquo alio subiecto. sic autē non est de sono. t ergo philosophus hic determinat de obiecto ipsius auditus. scꝫ de sono t de modo generationis eius Sed ꝓ parte negatiua arguitur. quia nullum sensibile cōmune est adequatum obiectum auditus. sed sonus est sensibile ꝓmune. igitur. Minor probatur. quia sonus est motus sed motus est sensibile ꝓmune. Secūdo sic. medium per quod fit sonus est aer. ergo videt̄ q̄ nō sit eius subiectū

Maior. Proprium et per se obiectum auditus: est qualitas que dicitur sonus Minor Sonus tanq̄m in subiecto est in fracto aere: ad cuius generationem necesse est plura cōcurrere Conclusio Igitur sonus proprium auditus obiectum: habet pro subiecto aerem fortiter motum.

Propositio maior patet ex omniū ꝓsensu. et pro tanto auditus dicitur sensus discipline. inq̄tū soni possunt habere impositionem ad significandum mentis conceptum. Inde est q̄ si sensus auditus percipiat quedā alia hoc contingit per attributionem ad sonum. nam sonus est quedam qualitas que fm se est imutatiua auditus p suam ꝓpriam speciem. et alia cognoscūtur ab auditu per reductionem Minor patet quo ad eius primam partem. quia sonus causatur in eo corpore quod est faciliter frangibile inter duo corpora ad inuicem ꝓcussa. hoc autem est aer loquēdo cōmuniter. licet sub aere possint cōprehendi omnia alia corpora rara et faciliter fluxibilia et frangibilia. Sed quo ad secūdam partem patet per philosophum in littera. quia oportet esse aliquod percuties et aliquod percussum. t aliquod medium inter percutiens t percussum. Sicut videmus in pulsu campane. q̄ ibi ipsa campana percutitur t baptillus percutit. et aer est qui ex tali percussione frangitur. Sunt tamen ꝓter hec quedam alia que ꝓcurrūt ad speciales conditiones soni. sicut lenitas corporum ad inuicem percussorum figura et bona cōmixtio. Conclusio patet ex dictis. q̄ sonus est quicquid ꝓprie ab auditu percipitur. et q̄ sit in aere patet ex minore. Corrolariū primū. Licet cum motu locali aeris fiat soni generatio: tamē nō ad omnez distantiam per quam sonus auditur peruenit motus localis. sed solum spiritualis intentio. Prima pars patet ex dictis. quia sonus causatur cum quadaꝫ violenta fractura aeris vel alterius corporis subtilis. Sicut ergo iacto lapide in aquam fiunt quedam girationes vndularum in aqua que a littore quādoq̄ reiciūtur et fit confusio huiusmodi vndarum. Pari modo fiunt quedaꝫ tumultuationes in aere ex violenta percussione aeris in generatione soni. que vsq̄ ad magnam distantiam aliquotiens protendūtur. quia fm Aristotelem valde fluxibile est elementum aeris. Alia pars patet. nam sonus factus in aere auditur in aqua. vt dicit Aristoteles. t tñ huiusmodi procelle aque nō mouent superficiem aque Etiam immutatio auditus fit per formam sine materia. et non per realem sonum. quia sensibile positum supra sensum non facit sensationez. et tamen ꝓpter huiusmodi immutationem fm speciem soni dicit Aristoteles aerem continue moueri qui est inter auditum et sonans. Unde Aristoteles septimo phisicorū ponit visum moueri a visibili per medium motum. et ita fit motio per diffusionem soni intentionalis Corrolarium secūdum. Licet non sit vnum t idem perueniens ad multorum auditū: possunt tamen multi vnum t eūdem audire sonum Prima pars patet. quia multi audientes distant loco t situ. et per ꝓsequens species imutantes eorum auditū sunt alie t alie. quemadmodum alia est species coloris veniens ad visum vnius et ad visum alterius. t aliud lumē in vna parte aeris t aliud in alia. Secūda pars patet. et primo q̄ sit vnus sonus qui audit̄ ab eo qui ꝓpe stat et qui a longe. quia supponitur q̄ non fiat nisi vnus sonꝰ scꝫ vnus solus ictus campane aut vna sola vocatio vocantis. Q̄ etiā sit vnus et idez sonus directus t echon reflexus patet per similem deductionem Aristotelis in littera. quia sicut lumen reflectitur ab alio. ita motio soni per aliquod impediens eius diffusionem in directum cogitur reflecti sicut a speculo. et ita secūdario auditur q̄dam sonus qui tamen fm rei veritatem est idem cuꝫ sono directo. sicut idem est visum directo intuitu t reflexo

Ad rationes Ad primam dicitur. q̄ sonus non est aer motus vel ꝓmixtio aeris. quia percipimus quādoq̄ sonum non percipiendo motum aeris. Et si quādoq̄ dicatur aer motus. intelligendum est fm predicatiōez causalem Ad secūdam dicitur. q̄ duplex est pars aeris. vna est propinqua corpori sonanti. et in illa est sonus subiective t realiter. Alia est distans a corpore sonante. t in illa est intentionaliter t tanq̄m in medio deferente

Querit̄ secūdo. Utrum vox sonus quedam de numero sonorum: sit solum respirantium animatorū. Pro responsione notandū q̄ philosophus in littera determinat de generatione soni qui est obiectum auditus. consequenter etiam determinat de principaliori eius specie. scꝫ de voce. declarans q̄liter fit t quib⁹ cōuenit. et q̄ q̄dam instrumenta musicalia videntur facere sonum simile cum sono animantiū. et intendit finaliter q̄ vox est sonus animalis respirantis

Maior. Similis est analogia sonorum: q̄lis est ordo corporum. Minor Animalia que vtuntur aere propter duo opera aliter sonant q̄m inanimata corpora Conclusio. Sonus vox est tm̄ animaliū: non quidem omniuꝫ sed respirantium

Patet maior. quia corpora inanimata non habent nisi sonum cōmuniter dictum. qui causatur ex percussione

mutua corpozum adinuicem causante fracturam violen tam aeris aut alterius similis medij Deinde animalia bruta habent sonum vocem.sed non habent sonum vo/cem litteratam. Cuius causa est.quia non habent distin/ctam cognitionem in suo ꝓceptu.sed solum sibi inuicem indicant suas affectiones.ꝓout ꝓtinet ad ꝓpriam speciē Deinde homines qui habent perfectam cognitionem eti am habent perfectiozem sonum.quia habent vocem litte ratam significatiuam. Prima pars minozis patet.q3 aer primo et principaliter deseruit ad refrigerium cozdis et hoc est necessarium simpliciter in habentib9 pulmonez et calidum sanguinem. Secūdo deseruit ad formatiōez vocis.et hoc est de bene esse in quibusdam animalib9.Si cut in simili lingua seruit quibusdam animalib9 duplici officio.Primo discernit nutrimentum ꝓueniens t dis/conueniens. et hoc est simpliciter necessarium. Secūdo seruit ad formationē vocis.t hoc pertinet ad bñ esse aīa lis.Secūda pars minozis patet.quia formant vocem q̄ est instituta ad significandum.sic autem non est in corpo ribus inanimatis Conclusio patet per Arestotelez in littera qui diffinit vocem q̄ est sonus aeris inspirati ad vocalem arteriam percussi cum imagine significandi.sz hoc solum animalib9 respirantibus ꝓuenit .Nec tamen omnis sonus animantiū dicitur vox.sicut sonus manu um vel tussis nō est vox. igit̄ ꝓclusio vera

De odore autem et olfactibili minus bene

Querit Utrum odoz ipsius olfactus propzi um obiectum:multiplicetur soluz re aliter per medium. Pro responsione notandū q̄ ho/minibus difficile est determinare de odore.eo q̄ homies inter multa animalia peiozem habent olfactū. cuius cau sa est frigiditas cerebri. Est em̄ cerebrum frigidū t hu/midum.organum aūt olfactus calidū t siccum. et illa st̄ simul locata.et ideo vnum impedit actionem alterius. nam organum olfactus cōtrahit frigiditatem a cerebzo et humiditatem que sunt dispositiones contrarie ad sus cipiendum species odozis. Dicitur autem inter multa animalia.quia similis est conditio oculozum t olfactuū. sunt autē quedam animalia scz pisces que supza oculos non habent coopercula.quia habent oculos duros.et nō percipiūt nisi fortes colozes. Similiter etiam sunt que/dam animalia que non habent cooperculū supza organū olfactus.quia habent hoc organū durum t nō imutant̄ nisi ab odoribꝫ fortib9.t ita homo habet odorem meliozē ꝯ ralia aīalia.sicut sunt pisces

Maior.Odor ipsius olfactus propriuz ob iectum:habet organum circa cerebrum saga/citer situatum. Minor.Licet odor in ipsa fumali euapozatiōe deferatur realiter: tamen preter huiusmodi esse reale etiam multiplica/tur intentionaliter Conclusio. Igitur odor qui proprie ab olfactu percipitur:non solū rea liter sed etiā spūaliter in medio diffundit

Patet prima pars maiozis ꝑ Arestotelem et experiē tiam.nullo em̄ sensu percipitur odor nisi per olfactuz .Se cūda pars patet.quia cerebrum sm̄ se est humidum t fri gidum t ptraria ptrarijs cur ātur.ideo organū percep/tiuū odozis ꝓuenienter est situatum apud cerebrum.cuz odor sit nature calide t ficce Prima pars minozis est satis ab omnibus concessa. Et ergo quidam dixerūt q̄ odor sit ipa fumalis euapozatio.sicut Empedocles qui dixit q̄ si omnia corpora resoluerentur in fumalē euapo rationem nares omnia diiudicarent. Sed sm̄ veritatez odor est solum in tali fumali euapozatiōe cuius signū est q̄ multa corpora non dant odorem nisi ꝯcrement̄ t resol uāt̄ur in fumalez euapozationē.sicut patz in mirra t thu re. Et aliqua corpora fiunt rugosa ꝑ expirationem talis euapozationis.t fiunt minus odorifera.sicut patz de po mis t huiusmodi.Secūda pars pz.quia sensus est susce ptiuus formarū siue specierū sine materia.vt dicit Aresto teles in isto secūdo.Unde ꝓpus habitum est q̄ sensibile positum supza sensum non facit sensationem Conclu sio patz ex maioze t minoze declaratis. Corrolarium. Juxta minozis ꝓpositionis sententiaz:facile est circa sen sum olfactus saluare multiplicem experientiam.Patet quia odor in fumali euapozatione melius se habet ad im mutandū olfactum.eo q̄ talis euapozatio fumalis virtu te calidi fieri cōsueuit.et ipse odor est nature calide t sic/ce.Similiter frigus exterminat odozes.vt dicit Aresto/teles ꝓpter ꝓtrarietatem ad naturam odozis. Similiter q̄ quedam animalia perdūt odorem post expirationem talis fumalis euapozationis ꝓtingit eadez de causa Et q̄ existentes in locis vbi abundat talis euapozatio fu/malis. tandem nō percipiūt ipsos odozes.quia in eis est realis odor qui tandem penetrat sensum.et ita impedit perceptionem odozis.quia sensibile positum supza sen/sum non facit sensum.Propterea videmus q̄ volentes ꝓcipere odorem ipsi fortiter per inspirationem attrahūt aerem.nam cooperculū positum supza organū impedit receptionem odozis.sicut clausio oculozum impedit per ceptionē colozis.Et tantū de q̄sito.

Gustabile aūt est quoddaz tangibile:et hec

Querit Utrū sapor ꝓprium obiectū gustus sit odoribꝫ bene ꝓportionatus Pro responsione notandum.q̄ sm̄ philosophū gustus est q̄/dam tactus.t quia inter cetera animalia homo habz ta ctum certiozem.inde etiam est q̄ habet gustum meliozez. ita q̄ melius potest discernere differentiam sapozū. Eco tra autē habet olfactum peiozem pre ceteris animalibus vt dictum est in q̄stione precedente.et hac de causa odo res distinguūtur t nominātur pariformiter sm̄ nomina et distinctionem sapozū.Sicut dicimus aliquem sapo/rem dulcem .t aliquem suauem odorem.et aliquē ama rum odorem.sicut aliquem saporem amarum.et ita si/militer dicendum est de alijs saporibus et odoribus intermedijs.

Maior. Gustus sicut proprium obiectum percipit saporem:qui specie distinguitur con/tra odorem Minor. Ut frequenter odores sunt saporibus proportionabiles: aliquando tamen in eodem sunt differentes. Conclu/sio. Igitur sapor ipsius gustus obiectum ade quatum:proportionat̄ odoribus qui cōsequū tur nutrimentum

Prima pars maioris est satis de se nota. Sed secunda probatur. quia odor est quedam qualitas secūda causata ex actione calidi t humidi in sicco alteratiua olfactus de potentia ad actum. Sed sapor est qualitas secūda causata ex sicco mediante calido in humido alteratiua gustus de potentia ad actum. t ideo huiusmodi formē ab inuicem distinguuntur Minor quo ad vtrancq; eius partem patet per Aristotelem hic t in de sensu t sensato. quia sepius ea que sunt boni odoris etiaz sunt boni saporis. vt patet in vino. Etiam aliqua aliquando sunt boni odoris t mali saporis. sicut patet in pomis et in quibusdam herbis. Et causa satis patet ex supra dictis. nam odor bonus causatur ex bona decoctiōe sicci ab humido mediante calido. econtra autem sapor ex bona decoctione humidi a sicco per calidum. modo contingit q aliquando fiat bona decoctio vnius sine decoctione alterius. t aliquando simul concurrunt. Conclusio probatur. quia sapor t odor consequens nutrimentum causantur ex eadem mixtione humidi t sicci. ergo habent affinitatem inter se t fm proportionem simul distinguunt

Corrolarium. volentes supradicta diligenter attēdere: possunt rationes plurium accidentium circa odores saluare. Patz verbi gratia. quia quedam nō faciunt sapores in lingua nisi trita t masticata. nam p masticationem ymiscetur eis humiduz saliue. q sapor causatur in humido. hinc est q saliua reducit saporem siccorum ad actum vt immutant gustū. Item frigus hebetat humores. nam sapor per operationem calidi causatur. t iō frigus quodammodo ptrariatur ipsi sapori qui retinet virtutem caloris. videmus eiī corpora cito contrahere saporem a circūpositis locis t vicinis corporibus. nam q sapor causatur in humido tanqz in subiecto cōmunicabili. t ipsum humidum cito est passibile t fluidum. ideo sapor faciliter dispergitur t afficiuntur corpora iuxta posita. Preterea maxime inuenitur in fructib; omne genus saporis t variatio. nam sapor ex humido educitur. plante autem ex humido admixto terre nutrimētum eozuz attrahunt. t per solis calorem decoquitur. t ideo maxime variationes circa ipos fructus gueniunt. Rursus sapor dulcis placz fm se. t quertitur tandem in nauseam. nam dulcia nimis nutriunt. t iō natura hois deuenit in fastidium. sed apponit salsa t acida in temperamentum. Similiter sapores alij t alij declarant alia t alia aīalia. quia sapor primet ad gustum t ad nutrimentū. t ideo fm aliam dispōem gustus t aliam yplexionem animaliuz variatur saporis iudicium.

De tangibili autem t tactu eadem ratio.

Querit primo. Utrum sicut tactus est vnus fm nominatōem: ita t sit solum vnus sensus fm rei veritatez.

Pro responsione notandum q ex diuersis motiuis quidam fuerunt moti ponere plures sensus tactus. primo quia in quibusdam partibus corporis apparēt operationes tactus valde diuersificari t ita videtur q sint diuerse potentie respectu talīū operationum. sicut ptz in mēbris verendis t alijs partibus corporis vbi delectationes fm tactum valde differunt. Alij vero ex hoc. q dicit Aristoteles q gustus est quidam tactus. t ita cū gustus t tactus sint circa diuersa obiecta videtur q sensus tactus sub se habeat plures species. Alij vero adhuc ex alia causa mouentur. quia Aristoteles in littera ponit omnem sensum esse vnius contrarietatis. sed tactus est plurium contrarietatū que nō sunt reducibiles ad vnū genus vnius sensus. igitur tc.

Maior Cuiuslibet sensus obiecta secundaria: sunt ad vnum genus contrarietatis reducibilia Minor. Tactus est plurium contrarietatum: que non sunt reducibiles ad genus. vnum. Conclusio. Licet igitur ipse tactus sit vnus sensus fm nomē t subiecto: tū fm speciem potētie est plures numero.

Maior est philosophi hic in littera. t probatur exemplariter. quia visus est albi t nigri. auditus grauis t acuti. gustus amari t dulcis. Est autem commune genus. scz color sub quo album t nigrum continentur. et sic suo modo dicendum est de alijs. Minor est similiter philosophi in textu. quia in tangibili quod est obiectum tactus sunt multe contrarietates. s. calidum t frigidum. humidum t siccum. durum t molle. t quedam alia huiusmodi. vt graue t leue. acutum t hebes t similia. Et si dicatur. omnia iam enumeratata sunt vnius contrarietatis. quia omne tangibile est actiuuz aut passiuū. t postea actiuum est calidum vel frigidum. passiuum autem durum t molle. Dicendum q illa vnitas est nimis generalis. t ergo est vnitas fm q̄d t nō simpliciter. Alia rō extra lrām. q impossibile est vnū sensum elicere duos actus perfectissimos. quia vnus actus perfectissimus adequat totam virtutem illius potentie cuius est actus. sed tactus elicit duos actus perfectissimos. quia simul sentit aquaz frigidam t humidam. ergo nō est vnus sensus Minor pbat. q si ille qualitates separent ab inuicez pfectissime adhuc eas tactus perfectissime sentiret Prima pars cōclusionis patet. quia fundatur subiectiue in vno organo quod est compositum ex medietate qualitatum tangibilium. que medietas consurgit ex mixtiōe quatuor elemētorum. quam mixtiōem quelibet pars animalis in se habet. Secunda pars patet. quia diuerse sunt rationes obiectales obiecti tactus. t per comparatōem ad illas etiā sensus tactus formaliter multiplicatur. Corrolariuz. Aristoteles dicens gustum esse quendam tactum: loquitur fm sentiendi modum. Patet quia fm rem sunt diuerse potentie. conueniunt tamen. quia gustus non percipit suum obiectum nisi vniatur sibi sicut tangibile vnitur tactui. Possent etiam dici vnus sensus materialiter quia in lingua sunt idem subiecto. tamē simpliciter sunt plures. quia habent differentiam fm rationem formalē obiectalem. quēadmodū iam de tactu dictū est q̄ est plures sensus fm differentiam sui formalis obiecti

Queritur secūdo Utrum sensus tactus t ei⁹ medium: sit a proprijs sensibilibus denudatum. Pro parte affirmatiua est phs. quia sensibile positum sup sensum impedit sensum. Sed p pte negatiua arguitur sic. per phm. quia fm phm qualitates qs pcipit tactus ptinent ad ꝓsistentiam corpis aīalis cui inest sensus tactus. ergo videtur q non sit denudatus ab illis. Et q̄ de pelle et carne que sunt media similis est ratio sicut de ipso sensu tactus. ideo videt q nec sensus nec medium sit a proprijs sensibilibus denudatum.